

Hierony.

aduentu non exigitur medium, uel ministerium: Si dicatur quod propter consensum virginis habendum debuit præmitti nuncius: Arguitur, quod non erat necessarium, quia Christi conceptus fuit pronuntiatus ab olim prophetia prædestinationis, secundum quod Hieronimus dicit in glo. Matth. 1. Et talis prophetia semper impletur sine arbitrio humano, ergo non debuit annunciari virgini, cum uirgo beata sciuit certitudinaliter impleri: Respondetur proximum ad hæc argumenta secundum Guil. in 3. lib. dist. 3. quod licet, quando Dei filius incarnatus est, præmissus est angelus nuncius, ita etiam non obstante, quod Deus ipse mens illabitur immediate sine hoc quod illabatur angelus, tamen sepius quando Deus uenturus est in mentem, præmittitur angelus, ut hominem disponat primo uero, & excitatio ad deuotionem, ac iustitiam &c. Denique secundum Thomam 3. scrip. dist. 3. quest. 1. arti. 1. Et iterum in 3. parte sum. q. 30. art. 1. Licet prophetia prædestinationis compleatur sine nostro arbitrio, non tamen fiat arbitrio nostro consentiente.

Ad questionem ergo secundam e. præmissis docto. & etiam Alber. Mag. super Missus est. ca. 1. Respondetur per conclusionem, quod pro mysterio diuinæ incarnationis debuit præmitti a Deo nuncius: Pluribus autem patet rationibus.

Primo, ut uirginis intellectus illustraretur, uel doceretur de huiusmodi mysterio diuinæ incarnationis, ut dicitur infra §. 4. nam debuit prius per fidei cogitationem Christum concipere mente, quam carnem, unde Augustinus de uerbo dicit. Beatior est Maria fide Christum in mente concipiendo, quam carne materna enim propinquitas nihil sibi profuisse, nisi Christum corde felicitius quam corpore gestalam.

Secundo, ut uirginis consensus expresse haberetur, sicut enim in matrimonio carnali præexigitur consensus, multo magis in spirituali matrimonio, inter Deum & naturam humanam amoris consensus requiritur, quoniam charitas est quæ hominem unit Deo & copulat, ut dicit Augustinus: Ecce ergo charitas inter Deum, & hominem.

Tertio, ut uirginis affectus & actus charitativus fore approbaretur, autem nobis in exemplum charitatis daretur: Nam sicut dicit Augustinus. Deus non amat coacta seruitia, sed spontanea, & charitativa, ut sint meritoria, sed quia beata uirgo ad Dei seruitium singulariter, & excellenter eligebatur ad Dei seruitia, ut in utero portaret, lacte aleret, balnearer, brachijs baiularet Deum, & conijs huiusmodi, ergo debuit nuncius præmitti de requirendo uoluntario obsequio, ad quod ex charitate se uirgo obtulit dicit. Ecce ancilla domini. Amplius in hoc uoluit Deus dare exemplum omnibus fidelibus, ut charitativè seriat se obligatos ad seruitia Dei: Unde pater Dei charitas in annunciatione dominica & mirabile. Tum quia ex inestimabili charitate. Tum quia ad charitatem uirginis requirendam. Tum quia in charitate summe gratiæ. Denique autem quia propter charitatem, ut homo pro tanta gratia reamaret Deum ad salutem, uoluit amorosus Deus nuncium præmittere, & annunciari sicut, ex charitate per omnem modum exhibenda incarnari.

Quod Dei charitas claret mittendo nuncium angelicum, non alium, scilicet sanctum prophetam.

QVARE non per alium quam per angelum debuit annunciari diuinæ incarnationis mysterium? Respondetur secundum Guil. lib. 3. dist. 3. cum Bonauen. con. Thom. & Alber. ubi supra quod pluribus rationibus est quibus potius tantum modo ponemus alijs dimissis ob breuitatem.

Prima ratio. Et congruitate primæ rationis: Nam in primaria tentione perditio hominis sic facta est, quod primo malus angelus allocutus est mulierem. Et eam, quæ pro tunc fuit adhuc uirgo. Secundo eam induxit in dubitationem, & inde in consensum. Tertio ex consensu traxit ad lapsum &c. Ita congrue debuit ut (secundum Bern.) reparatio fieret per similia opposito modo. Primo in nostra reparacione ergo angelus bonus allocutus est uirginem Mariam salutando. Secundo induxit ad credendum: & inde ad consensum. Tertio ex consensu concepit Dei filium, propterea canit ecclesia: *Fo-*

Deus non
amat coacta
seruitia.

Bonau.
Diony.

Bern.

mina